

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1461

Autre(s) référence(s) : Fauroux 35 / Tabuteau 126

Auteur(s) : Richard II, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Fécamp, La Trinité (abbaye)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : 1025

Lieu d'émission : Fécamp

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Richard II, rappelant que sa femme Judith a consacré son douaire à la fondation du monastère de Bernay, décide pour continuer son œuvre après sa mort de rattacher cette abbaye à Fécamp, et de la confier à l'abbé Guillaume [de Volpiano] et à ses successeurs.

Il concède à cet établissement : Bernay, Champeaux, Toussue, Le Tilleul [-Fol-Enfant], Valailles et Saint-Aubin [-le-Vertueux], Caorches, Le Fay, Les Loges, Courtonne-la-Ville, Courtonnel, [Saint-Mards-] de-FresneClarogias, Beaumont [-le-Roger], Beaumontel, Fontaine [-l'Abbé] et Vieilles, Courbépine, Landepereuse, Grandcamp, [Saint-Mards-] de-Fresne, Capelles [-les-Grands], Giberville, Cantepie, Malouy avec les pêcheries de la vallée de Cernières jusqu'à la Fontaine-Roger.

Il y ajoute dans le domaine de Bernay, le marché hebdomadaire, les foires annuelles, toutes les coutumes ainsi que les forêts.

La possession de ces dons ne sera troublée par aucune puissance judiciaire ni séculière.

Tableau de la tradition

Original

A. Collection Musée du Palais Benedictine, Fécamp, Inv. 114/1.

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 35, p. 131-135.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir M. Fauroux, p. 132.

Bien que M. Fauroux ait considéré que l'original de cet acte avait été perdu, le manuscrit se trouve dans la Collection Musée du Palais Benedictine, Fécamp, n° inv. 114/1.

Texte établi d'après a

Divina propiciante clementia, ego Richardus Normannorum dux, omnibus Christi fidelibus toto orbe terrarum longe lateque diffusis. Nulli fidelium dubium videri debet futuros esse heredes regni celestis et coheredes Dei

qui Christum heredem sui facientes, eorum quæ in hujus vitæ peregrinatione quasi quadam paterna hereditate possident locis ea divino cultui deditis mancipare non dubitant. Ad quam rem nostram signat fidem calix aquæ frigidæ qui juxta evangelicum dictum suo pollet munere. Non ergo divini muneris gracia privari credenti sunt qui, ecclesiasticis obsequiis etsi ex officio non inter sunt rerum tamen suarum administratione divini officii sustentant ministros, ea spe temporales subministrantes alimonias, ut se solummodo celestibus reddant intentos qui celestis regis assiduo constituuntur invigilare obsequio, participes fiant ejusmodi beneficii omnimodo. Qua spe et devotione subnixa mihi a Deo conjux concessa quæ Judith suo est nomine appellata delegat Christum heredem sui facere, ejus quod illi dotali lege concesseram fundi ac familiæ, nostram pie exostulans unanimitatem ut ejus super hoc voluntati faverem ; quia vero hujusmodi supplicationibus semper libenter annui, sicut carnalis nos copula unum fecerat, dicente Domino : « Erunt duo in carne una », ita ei unanimum servans fidem, ejus devotioni assensum prebui ut quod mente tractaverat ex divino adjutorio complere satageret. Igitur disposito principium ponens operi in honore beatæ et gloriosæ Dei genetricis Mariæ fundamenta posuit in loco qui Berniacus priscorum dictus est vocabulo preparans ipsa monasterii edificia monastico ordini congrua quem eo in loco ordinare disposuerat. Sed cum necdum ut optaverat perfecisset, piam in Christo accepit dormitionem. Cujus ego animi conscius confestim servorum Dei assiduam ibi constitui habitationem, tradens illud Fiscannensi sanctæ Trinitatis æcclesiæ perpetuo retinendum, commitens venerabili Vuillelmo abbati perficiendum et cunctis ejus successoribus monastice ordinandum. Concedo ergo pro animæ meæ remedio et illius cujus voluntas causa tanti extitit beneficii et universæ prolis mihi a Deo concessæ, ad supplementum servorum Dei ipsi in prenominate loco servientium, Berniacum, Campellos, Tursuem, Tilliolum, Vallilias, villam quæ appellatur Sancti Albini, Cadurges, Fagetum, Logias, Curtonam, Curtenellum, æcclesiam de villa quæ dicitur Fraxines, et terram arabilem ad carrucam unam Clargias. Concedo etiam Belmontem, Belmontellum, Fontanas, Vetulas cum omnibus appendiciis suis, Curbam Spinam, Landapetrosam, Grandem Campum, cum appendiciis suis, Fraxines, Capellas, Gerbertivillam, Cantapiam, Malogias, cum omnibus appendiciis eorum et æcclesiis et molendinis, pratis, terris cultis et incultis aquis aquarumve decursibus, cum piscatoriis a valle Sarnerias usque ad Fontaneam Ratgeam. Concedo etiam in ipsa villa Bernaico mercatum per singulas anni ebdomadas et nundinas annales, et omnes consuetudines tam ex his quam ex supradictis villis omnibus ad nos pertinentes nec non et silvas ex integro sicut Aymericus fidelis noster tenuit, ut habeant et teneant et possideant omnia absque ulla inquietudine secularis vel cujuscumque judiciariæ potestatis. Peto ergo illorum magnitudinem quos Deus post me hoc honore sublimaverit cui eo auctore præsideo ut sicut auctoritatis suæ scripta inviolata manere voluerint, ita hanc cessionis meæ cartam annuentibus filiis et heredibus nostris Ricardo atque Rotberto compositam, inconulsam et inviolatam manere permittant. Si vero aliquis contra eam aliquid conatus fuerit in primis iram Dei omnipotentis incurrat et coactus auri libras .CC. ad fiscum dominicum persolvat ut confusus discat improborum temeritate non esse violanda quæ, ob amorem Dei, majorum statuerit auctoritas. Hanc autem ut omni tempore stabilis maneat manu nostra subterfirmamus et filiis et fidelibus nostris firmandam tradimus. Actum Fiscanni publice mense Augusto, considentibus nobis Fiscanni palatio, anno ab Incarnatione Domini .MXXVII., indictione .VIII., regnante Rotberto rege, anno .XXXVIII.

+ Ego Richardus hoc crucis signo confirmo.

+ Ego Ricardus filius confirmo. + Ego Rotbertus filius confirmo. + Ego Mangisus Abrincacensis episcopus subscripsi. + Ego Rotbertus Rotomagensis archiepiscopus subscripsi. + Ego Hugo Baiocacensis episcopus subscripsi. + Ego Rotbertus Constantinensis episcopus confirmo. + Ego Herbertus Lysoiæ episcopus confirmo. + Ego Radbodus Saksiensis episcopus confirmo. + Ego Hugo Ebrocensis episcopus confirmo. + Signum Vuillelmi. + S. Madelgerii. Ricardus vicecomes, Nigellus vicecomes, Alveredus vicecomes, Turstingus vicecomes, Walterius vicecomes, Odo vicecomes, Seyricus vicecomes, Witmundus vicecomes, Goiffredus vicecomes, Gozelinus vicecomes, Osmundus vicecomes, Gozelinus vicecomes, Gislebertus, Ricardus frater ejus, Golbertus, Rodulfus, Osbertus, Ansfredus, Baldricus, Ansfredus Odo, Rozelinus, Gunfredus Hubertus, Hugo, Robertus, Gunfredus, Vuillelmus, Hugo, Richardus, Willelmus, Rotbertus, Hunfredus, Ranulfus, Harfast, Anschitillus, Hunfredus, Rogerius, Turchitillus Crollecap, Richardus, Vuillelmus, Rodulfus, Richardus, Vuachelinus, Vuillelmus, Rodulfus frater ejus, Goisfredus, Vuarinus frater ejus, Pontius, Richardus, Alvredus, Richardus filius Roberti, Heltun, Vuillelmus, Madelgerius, Albertus, Herbertus frater ejus, Herkengerus, Rodulfus frater ejus, Vuillelmus, Rodulfus Monin, Rodulfus Benevent, Ernus, Rodulphus frater ejus, Heroldus, Rocelinus filius ejus, Gillebertus Crespin, Torchitillus, Richardus, Gislebertus, Ansfredus, Ursus, Anastasius, Alannus, Gunfredus, Azilinus, Vutemundus (sic), Turstingus frater ejus, Goiffredus, Rodulfus frater ejus, Rainfredus, Goifredus (sic), Osbertus, Toroldus, Rodulfus, Rogerus, Harchembaldus, Tetbaldus, Hunfredus, Fulbertus, Rogerius, Anffredus forest, Rodulfus, Thehardus, Germundus, Vuillelmus, Audoenus, Ansuuit, Osbertus, Vuesman, Gislebertus, Goscelinus frater ejus,

Gozelinus Bardulfus, Vuillelmus, Rodulfus frater ejus, Osbertus, Goiffredus, Hundulf, Vuesman, Goiffredus Broc, Gislebertus forestarius, Herbertus forestarius, Hagenes, Herbertus et Albukun.